
P. C. Fabricius

de

Animalibus Wetteraviae indigenis.


ex libris
Donald Mac
Gillavry
CN de Vilde



# PHILIPPI CONRADI FABRICII

MED. D. ET P. P. O. HELMSTADIENSIS,

COMMENTATIO

HISTORICO-PHYSICO-MEDICA,

DE

# ANIMALIBVS
## QVADRVPEDIBVS, AVIBVS, AMPHIBIIS, PISCIBVS ET INSECTIS WETTERAVIAE INDIGENIS.



HELMSTADI 1749.

LITTERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

SENECA.

Multa egerunt qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt, multum adhuc reſtat operis multumque reſtabit, nec vlli nato poſt mille ſaecula praecludetur occaſio aliquid adhuc adiiciendi.



# PRAEFATIO.

EA inter ſcientiarum curatius excultarum genera, quibus ſæculum noſtrum iure ſuo prae ſaeculis antecedentibus gloriari poteſt, Hiſtoria rerum naturalium triplici mineralis, vegetabilis animalisque regni titulo comprehenſarum haud dubie partes prioribus proximas occupat. Huius enim tantae hoc noſtro, quo viuimus, aeuo ampliationes a viris harum rerum curioſis effectae fuerunt, vt quod de vrbe Roma tunc temporis orbis Dominatrice AVGVSTVS primus eius Induperator conſtantioris fortunae quondam adfirma-

mauit, fe, quam lateritiam reperiffet, marmoream relinquere, haud pauci ex illis de fuis in nobiliffimum hoc ftudium meritis fine vanitatis nota itidem dicere queant. Vt enim nihil de herbarum doctrina noftra tempeftate ad rerum fere culmen tot praeftantiffimorum virorum alibi ex parte a me celebratorum coniuncta opera promota iam commemorem; ne quid etiam de Mineralogia referam, vtpote quod doctrinae genus, nunc longe alia eaque nitidiore facie quoque fplendet, quam faeculis elapfis confpiciebatur; Hiftoria animalium tum maiorum & ad fenfum perfectiorum tum minorum feu infectorum & vermium & pro imperfectioribus vulgo habitorum, quorum priftino tempore non nifi confufa & quam maxime hiulca notitia proftabat, hodie tot praeftantiffimorum Naturae Myftarum ALBINI, ARTEDI, BARRIERII, BREYNII, CATESBYI, DERHAMI, FISCHERI, GEERII, IVSSIAEI, KLEINII, LESSERI, LINCKII, LINNAEI, MARSILII, MERIANAE, RAII, NANNI, REAVMVRII, SEBAE, VALLISNERII, ZORNII, SCHWAMERDAMII, ROESELII, ZINNANI, aliorumque concatenatis laboribus non minus fuperbo

bo habitu & methodica digeſtione, quam Botanice harum deliciarum cupidos & capaces ad ſe allicit. Perpendenti itaque mihi, quod ſi cuiuis homini ratione praedito vel ex ſola lege Naturae incumbat non intra generalia Phyſices dogmata ſubſiſtere, ſed rerum naturalium quam ampliſſimam ſimulque curatam notitiam ſibi comparare, ac eam tum ad propriam voluptatem commodaque, tum ad vſum aliorum, tum etiam ad perfectiones & gloriam ſummi huius uniuerſi Auctoris quam maxime evidenter inde cognoſcendas & cum aliis communicandas impendere; eo maiore iure hoc ob inſignem illarum rerum in ſanitatem hominum effectum ab eo requiri queat, qui Medici nomen & munia ritè explere cupit, ſtatim deſiderium huic quoque doctrinae generi, aliquam ſtudii mei & operae partem dicandi enatum fuit. Quum itaque zoologiae, poſt herbas culturam regionis, in qua tunc vivebam, conditio ſolam admitteret; ductum ſupra laudatorum huius Scientiae Antiſtitum ſequendo in perquiſitione plantarum Patrii ſoli per plurium annorum ſpatium quondam inſtituta ad animalia

tum maiora tum minora in eodem occurrentia ſimul oculos mentemque ſemper intendi, obſeruationesque collectas cum placitis horum Auctorum conferendo denique deprehendi, non minus curioſa, ſed ad cultum maiorem Hiſtoriae naturalis aeque facientia, quam in regno herbarum hic occurrere. Iſtarum obſervationum nonnulla momenta, ne interciderent, hoc igitur Schediaſmate cum benevolo LECTORE communicanda duxi, vlteriorem huius thematis tractationem horis ſubſeciuis in poſterum in animantium ſpecibus hic loci mihi obuiis quoque non plane intermiſſurus.

Equidem diuerſa erant, quae animum miranda Naturae cognoſcendi auidum ab harum rerum perſcrutatione initio aliquo modo deterrebant. Non ſolum enim praeter plura elegantiora reliqua quoque animalia primo intuitu ſatis foeda & ſanitati humanae multum detrimenti minantia propius conſiderari oportebat, ſed etiam iſtud ſtudii genus, praecipue quod ad inſecta refert, nondum adeo excultum & ad talem perfectionis gradum perductum deprehendebam,

bam, vt in ſanando homine, ad quem ſcopum Medico in omnibus, quae ſuſcipit, negotiis ſemper maxime reſpiciendum perſuaſus eram, ſi pauca quaedam, ſed illa excellentiſſima *) tamen, excipias, inſignem vſum praeſtare adhucdum poſſe videretur.

Singula tamen haec obſtacula ſtatim maximam partem collabebantur quum ſimul perpenderem, hic aeque vt in Aſtronomia, Botanice & rerum ſubterranearum doctrina aliisque ſcientiis experientia nitentibus factum eſt, res ſemper prius numero comprehendendas & ope certorum characterum a facie earum externa deſumtorum in Syſtema quoddam redigendas eſſe, antequam de earum Natura & in ſalutem hominum efficacia aliquid ſolidi tradi queat. Praeterea vero pleraſque etiam



*) V. gr. millepedes aſthmaticis & hydropicis; lumbrici terreſtres arthriticis; cancri fluuiatiles & cochleae phthyſicis hecticisque; & conchae febricitantibus praeſtantiſſimum auxilium adferunt, vt de formicarum, cantharidum hirudinumue vſu externo iam nihil proferam, vtpote quarum in pluribus morbis efficaciam nemo pariter ignorat.

e minutiſſimis hiſce beſtiolis tam inſigni organorum artificio compoſitas videbam & innumera ſua figurae, ſtructurae & coloris membraque movendi rationis varietate ſenſus meos tanta cum voluptate percellentes, vt alias res naturales & ipſam adeo Botanologiam & Mineralogiam, quae poſterior conditione organica carens ſola fere colorum & mixturae corporum naturalium diverſitate oculos noſtros paſcit, intellectu maximam partem otioſo relicto, & facilitate tractationis & nobilitate copiaque idearum multis paraſangis poſt ſe relinquerent. Quumque inſuper comprehenderem, animalium maiorum, quadrupedum, piſcium, auiumque nempe exquiſitam & autopticam notitiam Medico, ſicuti in tractatione materiae Medicae in vniuerſum, ita in Diaeteticis praeſertim aliquid ſolidi praeſtare cupienti adeo abſolute neceſſariam eſſe, ut ſine ea, quae magni illi & celeberrimi in hoc ſtudii genere viri BRVYERVS NONIVS & SEBIZIVS de hac re tum ex veterum monimentis, tum ex ſua obſeruatione commentati fuerunt, minime rite intelligi & in artis vſum deduci queant, ad te-

-elam susceptam pertexendam eo magis exstimulatus fui.

Sperabam quoque, fore ut quemadmodum Studium rei herbariae praecipuam hodierni sui splendoris partem Catalogis plantas vni alteriue regioni proprias continentibus debet, quorum Auctores nimia rerum perscrutandarum mole haud obruti singula curatius examinare & determinare valuerunt, & quas plantas vna cum obseruationibus in eis institutis deinde cum herbis aliarum regionum eadem vel diuersa eleuatione poli gaudentium comparare aliis licet; ita ad Historiam animalium vniuersalem & Methodum eorum naturalem aliquando perficiendam genera & species illorum in hoc Schediasmate a me recensitae aliquam quoque symbolam eo certius conferant, quo minor hucusque eorum Scientiae Naturae Scriptorum in Germania nostra numerus existit, qui hanc pulcerrimam illius partem sibi ex professo, vt aiunt, & in forma Systematis excolendam sumserunt. Praecipue quum haec animalia, minimum quod ad quadrupedia, aues & insecta spectat, vni solo natali minus quam

herbae adſtricta ſint, ſed ad plurium milliarium ſpatium longe lateque diuagentur, adeoque a cuiusuis prouinciae curioſis facili negotio vbique indagari & reperiri queant.

Quod ad ordinem generaliorem animalium maiorum aeque ac minorum in hac lucubratiuncula a me recenſitorum ſpectat, in eā normam Syſtematis Naturae Linnaeani ſecutus ſum, tum quod eius methodum Zoologicam, prout in omnium poſtrema huius libri editione perpolita & a priori valde diuerſa conſpicitur, a perfectione nunc longe propius quam Botanicam methodum in eodem libro denouo propoſitam abeſſe credam, tum quod alia praeſtantior in hoc ſtudiorum genere haud ſuppetat. In generibus inferioribus tamen praecipue in inſectis & ſpeciebus eorum deſcribendis & collocandis ad methodum naturalem & conuenientiam externam harum beſtiolarum potiſſimum reſpexi, adeoque a placitis Linnaeanis illam ſicuti in herbis, ita hic quoque ſæpe nimis negligentibus ſubinde receſſi, praecipue cum ob Climatis notabilem differentiam mihi neceſſario vna & altera ſpecies noua occurrere debuerit. CLAS-

CLASSIS I.

DE

# QVADRVPEDIBVS.

Ordo 2. FERARVM dentibus primoribus vtrinque 6. caninis longioribus.

*Felis* cauda elongata auribus aequalibus *Linnaei* tam domefticus quam ferus.

*Muftela* fuluo nigricans gula pallida L. feu Martes eaque vel faxatilis, vel Fagina, vel abietina.

*Muftela* flauefcente nigricans ore albo collari flauefcente L. feu Putorius.

*Muftela* caudae apice atro L. hieme candicans.

*Lutra* digitis aequalibus L.

*Canis* cauda recurua L.

a. domefticus L.
b. fagax L.
c. Graius L.
e. aquaticus L.
f. melitaeus L.
g. Aegyptiacus L.
h. Fricatrix L.
i. Muftelinus L.

*Canis*

*Canis* cauda incurua L. ſeu Lupus.
*Canis* cauda recta extremitate alba *Gmelini* & L. ſeu Vulpes vulgaris.
*Meles* vnguibus anticis longiſſimis L. ſeu *Taxus* isque vel caninus vel ſuillus.
*Erinaceus* caninus
ſuillus.
*Talpa* caudata L.
*Veſpertilio* caudatus ore naſoque ſimplice L.

Ordo 4. GLIRIVM dentibus primoribus 2. prominentibus.

*Sciurus* palmis ſaliens L
*Lepus* cauda abrupta pupillis atris L.
*Lepus* cauda abrupta pupillis rubris L. ſeu Cuniculus.
*Ratta* aquatica L.
*Mus* cauda abrupta palmis tetradactylis plantis tridactylis L.
*Mus* cauda longa ſubnuda corpore fuſco cinerafcente L.
*Mus* cauda breui corpore nigro fuſco abdomine cineraſcente L.
*Mus* cauda nudiuſcula corpore cinereo fuſco abdomine ſubalbeſcente L.
*Mus* cauda longa piloſa corpore ruffo, gula albicante L.

*Cri-*

*Cricetus Raii.*
*Mus* araneus L.

Ordo 5. IVMENTORVM dentibus anomalis a reliquis

1. 2. 3. 4. 6. diverſis.
*Equus* cauda vndique ſetoſa L.
*Aſinus* L.
*Mulus Raii.*
*Sus* dorſo antice ſetoſa cauda piloſa L. isque domeſticus vel ferus.

Ordo 6. PECORVM dentibus primoribus ſuperioribus nullis inferioribus VI. aut VIII. pedibus vngulatis mammis inguinalibus.

*Cervus* cornibus ramoſis teretibus incurvis L. cuius praeter vulgarem diverſae aliae occurrunt ſpecies vel varietates potius, e. gr. ceruus pinetorum incola; ceruus candidus.
*Capreolus* L.
*Caper* L.
*Ouis* cornibus compreſſis lunatis L.
*Bos* cornibus teretibus flexis L.
*Bos* cornibus deſtitutus.
*Bos* pilis cripis.

CLAS-

## Classis II.

## DE

# A V I B V S.

Ordo I. ACCIPITRVM rostro vncinato.

*Bubo* primus L.
*Bubo* capite aurito pennis 6. L.
*Bubo* oculis pennis exstantibus crispis circinatis.
*Vlula* domestica & saxatilis.
*Aquila* Valeria *Valentini*.
*Gyro-Falco Eiusdem*.
*Miluus* L.
*Miluus* colore saturatiore cauda breui.
*Nisus* vulgaris.
*Nisus* maxillis albis.
Dendro-Falco L.
Tinnunculus L.
Lanio L. Syftem. Natur. edit. penult.
maior.
medius.
minor.

Ordo PICARVM rostro conuexo compresso.

*Coruus* maximus cadauerum.
*Coruus* vulgaris
*Cornix* cinerea L.

*Mone-*

*Monedula* L.
*Pica* caudata L.
*Pica* glandaria L.
*Eadem* longe elegantior.
*Caryocatactes* L.
*Picus* niger L.
*Picus* viridis L.
*Picus* varius L.
- maior.
medius.
minor.
*Torquilla* L.
*Cuculus* L.
*Vpupa* vulgaris variegata a)
*Certhia* ſeu Reptatrix L.

## Ordo 3. ANSERVM roſtro aut fauce dentato-ſerrata pedibus natatoriis.

*Cygnus* L.
*Anſer* cygneus, qui vero cum anſere cygneo elegantiſſimo apud illuſtriſſimum MARSILIVM in Opere Danubiali ſplendidiſſimo illo depicto haud confundendus, hic noſter enim a vulgari non niſi ſtatura differt. *Anſer*

a) Sine cauſſa nomen huius auis omnibus notæ cel. LINNAEVS in Epops mutauit, id quod in plurium animalium nominibus ab illo factum fuit.

*Anser* vulgaris L.
*Anser* ferinus.
*Anas* fera
*Anas* fluuiatilis.
*Mergus* fuscus L.
*Grus* L.
*Ardea* cinerea cristata L.
*Ardea* stellaris L.
*Ciconia* vulgaris candida alis nigris.
*Pica marina.*
*Crex* L.
*Gallinago* filuestris.
*Gallinago* paluftris.
*Gallinago* capillaris.
*Vanellus* L.
*Gallinulae* L. diuersae species.

Ordo 5. GALLINARVM rostro conico incuruo maxilla superiore imbricata.

*Tarda* L.
*Pauo* cauda longa L.
*Gallo*-Pauo L.
*Gallus gallinaceus* L. cuius variae occurrunt species v. gr. Gallus gallinaceus minor pedibus plumosis, Gallus gallinaceus pennis crispis, Gallus gallinaceus statura maxima, Gallus gallinaceus cauda destitutus.

*Phasianus* L.
*Vrogallus* L.
*Bonasia* L.
*Perdrix* L.
*Coturnix* L.

Ordo 6. PASSERVM rostro conico attenuato.

*Oenas* L.
*Columba* domestica L. cuius itidem plures varietates occurrunt.
*Palumbus* L.
*Turtur* L.
*Oriolus* flauus alis extremaque cauda nigris pupillis rubris *Gesneri* & L.
*Merula* nigra L.
*Merula* montana L.
*Turdus* visciuorus L.
*Turdus* pilaris L.
*Turdus* iliacus.
*Sturnus* L.
*Sturnus* candidus.
*Alauda* campestris.
*Alauda* ericetorum & arborum.
*Alauda* noualium *Frischii*.
*Picus* cinereus L.
*Garrulus* Bohemicus L.
*Coccothraustes* L.
*Curvi rostra* L.

*Pyrrhula* L.
*Fringilla* L.
*Montifringilla* L.
*Carduelis* vulgaris L.
*Spinus* L.
*Canaria* L.
*Linaria* vulgaris.
*Paſſer* domeſticus vulgaris.
*Paſſer* domeſticus candidus.
*Paſſer* torquatus.
*Citrinella* L.
*Emberiza* L.
*Motacilla* vulgaris alba.
*Merula* aquatica L.
*Oenanthe* L. maior & minor.
*Luſcinia* L.
*Rubecula.*
*Ruticilla* domeſtica & hortenſis.
*Ficedula* macula capitis nigra. b)
*Curruca* vulgaris.
*Curruca* cantu Lusciniae *Friſchii.*

*Cur-*

b) Hanc eſſe auem illam, quae vuis ficubusqu, paſta apud Romanos olim ita in deliciis erate vt teſte A. GELLIO a Ludouico NONNIO de re cibaria Libri II. Cap. XXX. citato negarent vllam præter eam integram comedi oportere, praeter alia ex eo quoque manifeſtum ſit, quod illa vuis omnium maxime delectetur & hinc in regionibus, vbi vitis colitur, frequentior quam alibi occurrat: eſt vero ſimul auis muſcas appetens, adeoque hodie nullius amplius palato arridet.

*Curruca* ſubfuſca *Friſchii.*
*Regulus* L.
*Parus* maior L.
*Parus* criſtatus L.
*Parus* coeruleus L.
*Parus* ater L.
*Parus* paluſtris L.
*Parus* caudatus L.
*Hirundo* domeſtica L.
*Hirundo* apus L.
*Hirundo* riparia L.
*Caprimulgus* L.

## Classis III.
### de
## AMPHIBIIS.

Ordo 1. SERPENTVM pedibus nullis.

*Caecilia* L.
*Boa.*
*Natrix.*

Ordo 2. REPTILIVM pedibus 4.

*Lacerta* dumetorum.
*Lacerta* minor aquatica.
*Rana* vulgaris lacuſtris ſeu *Rana* palmis tetradactylis fiſſis plantis hexadactylis palmatis pollice longiore. L.

*Rana* arborea viridis. c)
*Bufo* vulgaris.

CLAS-

c) Ranarum ex ouo in pifciculum, & ex hoc in animal quadrupes caudatum & denique in ranam perfectam transformationem feu potius euolutionem SCHWAMERDAMIVS in *Bibliis naturae* omnium optime & Naturae conuenienter defcripfit. Opinio vero celeberrimi SEBAE in praeftantiffimo illo *rerum Naturalium Thefauro* publicata, de ranarum in pifces & pifcium in ranas retrograda mutatione in ranis Americanis vera effe poteft, in exemplaribus ranarum mihi obuiis autem numquam confirmata fuit. Iis enim in locis, vbi initio aeftatis foeturam ranarum paruis punctis nigris innumeris refertam vidi, breui poft pifciculi illi globofi, caudati, aurei hinc inde coloris, digitis paulo durius tractati fugillationem ftatim patientes confpiciebantur, per quorum abdominis cutem inteftina gyrorum in forma tranfparebant. Poft aliquot feptimanas 4. pedibus inftructae nonnullae harum beftiolarum ibidem videbantur, denique inuolucro communi disrupto & depofito, omnes pedibus donatae erant fimulque cauda confpicuae; vltimo caudis depofitis ranae perfectae comparebant, fine vlteriore metamorphofi ad confuetam molem fenfim excrefcentes, nec numerum pifcium ordinariorum in pifcinis vmquam augentes. Interea negari minime poteft, quod foetura ranarum earumque mutatio valde inaequali ratione etiam in vna eademque

## CLASSIS IV.

### DE

# PISCIBVS.

*Mustela*
*Gobius*
*Perca*
*Barbus*
*Carpio*
*Nasus.*
*Alburnus*
*Salmo*
*Trutta*



que regione accidat & in autumnum vel initium hiemis vsque saepe protrahatur, prout in nonnullis fossis initio Octobris mensis adhuc bestiolae tales apodes a me conspiciebantur, quum in reliquis fossis negotium euolutionis medio aestatis iam absolutum fuisset. Quin imo in quibusdam fossis aestate adultiore iterum de nouo tales pisciculi saepe comparent, in quibus tamen ante aliquot septimanas omnes bestiolae quadrupedes & cauda instructae in perfectas ranas iam tum mutatae videbantur. Id quod tamen hypothesi clar. SEBAE obinde nullum pondus addere potest, quia pisciculi illi serotini longe minores sunt, quam bestiolae illae quadrupedes antea repertae, sed nouae geniturae post priorem fossis illis a ranis immissae adscribendum videtur.

*Fundulus*
*Thymallus*
*Lucius*
*Anguilla* &c.

## CLASSIS V.
### DE
# INSECTIS.

Ordo I. COLEOPTERORVM elytris alas tegentibus, ore maxillis transuerſis.

*Scarabæus* Lucanus L.
*Naſicornis* L.
*Viridulus* L. & vulgaris.
*Viridulus* magnus & ſpecioſus nigricans, elytris mollibus.
*Viridulus* minor, elytris duris ſtriatis.
*Viridulus* puſillus niger.
*Viridulus* niger magnitudine vulgari ſubrotundus.
*Viridulus* niger poroſus breuis, oculis protuberantibus.
*Viridulus* puſillus niger, elytris luteis maculis ſignatis.
*Viridulus* melanocyaneus ore albo circulo incluſo.

*Pilularius* vulgaris & L. d)
*Pilularius* obſolete niger, elytris variegatis, antennis fiſſilibus.
*Pilularius* minor, elytris ſtriatis & aeque ac antennis rubris.
*Pilularius* minor ex cinereo & bruneo variegatus.
*Pilularius* niger & paruus.
*Pilularius* puſillus niger, elytris ſtriatis & poroſis.
*Pilularius* rapax Gyrini aquatici forma, elytris ſanguineo colore maculatis breuibus, antennis medio fractis, forſiculis prominentibus.
*Idem* totus niger.
*Scarabaeus* Maialis vulgaris corpore caudato. e)
*Idem* minor & ſerotinus cauda carens ex viridi nigro bruneoque varius.
*Scarabaeus* paruus planus ex nigro & luteo bruneo variegatus.
*Scarabaeus* viriduli vulgaris magnitudine, colore e viridi cupreo, poris vndique refertus

d) Omnes Pilularii habent articulos ſuperiores pedum anteriorum ſerratos, adeoque ad quod genus pertineant, primo intuitu ſtatim indicant.

e) Hic Scarabaeus in vſu artis Medicae ſaepe confunditur cum Proſcarabaeo infra recenſendo, quo vero in morſu canis rabidi ſanando longe inferior viribus eſt.

fertus, antennis 2. tantum inſtructus ordinariis aequaliter granulatis, in pectore inſtar Scarabaei Maialis ſpeculum gerens.

*Scarabaeus* arboreus ſtriatus puluere viridi aureo adſperſus, ore nullis forſiculis ad ſenſum inſtructo, antennis in medio fractis.

*Idem* auellanae magnitudine variegatus.

*Scarabaeus* longus & anguſtus dilute rubens, elytris *mollibus* nigris, antennis longis inſtar herbae Salicorniae geniculatis.

*Scarabaeus* planus anguſtus, elytris *mollibus*, ex bruneo & nigro varius.

*Scarabaeus* rubeus, elytris *mollibus* poſterius tantum nigris.

*Scarabaeus* anguſtus ex nigro & cinereo liuidus, elytris *mollibus* poſterius macula lutea ſignatis, antennis longis ſaepius fractis, abdomine circulis luteis diſtincto, oculis protuberantibus.

*Scarabaeus* paruus anguſtus atramentaceus obſcure virens, antennis granulatis, elytris *mollibus*.

*Scarabaeus* anguſtus nigro virens & ſplendens, elytris *mollibus*, antennis ſummitate clauatis.

*Scarabaeus* niger elytris nec mollibus, nec perfecte duris.

*Scarabaeus* arboreus paruus anguſtus elytris vt in coccinella vulgari ex nigro & rubro variis.

*Sca-*

*Scarabaeus* niger quouis ſaepe elytro poſterius dilute ex cinereo maculato.

*Scarabaeus* maior dumetorum nigro bruneus, tenuiter hirſutus, inferius auratus, antennis longis tenuibus inſtar herbae Salicorniae geniculatis.

*Scarabaeus* paruus glaber coeruleo viridis; pedibus & thorace bruneis, antennis nigris aequaliter granulatis, elytris poroſis.

*Scarabaeus* paruus glaber bruneus, elytris ſubluteis maculis ſignatis, antennis clauatis.

*Scarabaeus* niger glaber minor, capite exiguo, dorſo punctato.

*Scarabaeus* domeſticus niger dimidio ſuperiori elytrorum albo, antennis fiſſilibus.*)

*Scarabaeus* formicae forma arboreus niger & bruneo variegatus.

*Scarabaeus* forma cylindri craſſulus, corpore nigro, elytris rubentibus, maculis nigris ſignatis.

*Scarabaeus* e nigro ſubcoeruleus elateris forma, abdomine ad margines albo.

*Scarabaeus* minor forma coccinellae liliaceus e cinereo & nigro bruneoque varius, antennis ad ſenſum 2. tantum ſuperius clauatis.



*) Vſum, quem Larua huius Scarabaei Anatomicis praeſtare ſolet, elegantiſſime deſcripſit Celeberrimus HEBENSTREITIVS *Nov. Act. Erudit. Lipſ. A.* 1742. *p.* 181.

*Scarabaeus* e bruneo niger paruus, antennis tenuiſſimis.

*Scarabaeus* magnus domeſticus granariorum niger ſtriatus. f)

*Idem* ſubrotundus latus capite paruo, antennis aequaliter geniculatis, niger.

*Scarabaeus* domeſticus bruneus omnium minimus.

*Scarabaeus* domeſticus exiguus granariorum bruneo niger, antennis granulatis longiſſimis.

*Idem* ex cinereo variegatus, elytris ſtriatis & poroſis.



f) Si quis inſigne illud miraculum Naturae & ſpectaculum omnia alia amoenitate ſuperans ſuis oculis intueri cupit, quomodo ex *verme*, nullam ſimilitudinem cum ſcarabaeo alente, *pupa* quaedam nitidiſſima, & ex hac, involucris aliquot depoſitis, *Scarabaeus* perfectus denique exoriatur, tantum opus habet aliquot e vermibus illis ſubluteis glabris hexapodibus in granariis vbique occurrentibus, qui Scarabaei huius noſtri ſupra nominati *laruae* ſunt, vitro, nonnullis granis tritici vel hordei adiectis, includere, & deinde vsque ad euolutionem ſeu metamorphoſin peractam alternis diebus examinare. Videntur mihi huius aliorumque inſectorum euolutiones diligenter conſideratæ ſententiam LOEWENHOECKII de hominis ex verme ortu ſi non propabilem reddere, ſaltem ab abſurditatis culpa liberare, ſi nempe Recentiorum more cum Syſtemate Harueiano combinetur.

*Scarabaeus* fabarum incola niger incuruus, antennis clauatis, elytris breuioribus, qua concurrunt, linea brunea fignatis, thorace punctato, abdomine prominulo incano, dimidio inferiore antennarum & pedibus anterioribus bruneis.

*Scarabaeus* fplendens & anguftus oblongus, antennis longioribus.

*Scarabaeus* dumetorum niger anguftus, arcuatus, acuminatus, pedibus anterioribus & ore bruneis.

*Scarabaeus* dumetorum pufillus coeruleus, antennis clauatis, capite & thorace fere quadrangulis.

*Scarabaeus* coloris metallici e nigro virens, elytris duris ex miniato & coeruleo colore elegantiffime variegatis, abdomine rubente imbricato in lamellas hifcente, antennis fiffilibus & clauatis, vndique villofus, crufculis pedum pofteriorum crasfiufculis.

*Scarabaeus* dumetorum niger fubcylindricus, elytris granulatis & ftriatis, pedibus bruneis, antennis longioribus hinc inde fractis, articulo primo craffiore.

*Scarabaeus* fuciformis perelegans niger, hirfutie aurea vndique villofus, elytris glabris breuioribus, maculis e nigro & luteo virentibus transuerfim variegatis, antennis foliatis. g) *Sca-*

g) Miranda eft Naturae follertia quae vni eidemque

*Scarabaeus* ex auro virens hirſutus, antennis clavatis folioſisque, membris mediis pedum ſpinoſis.
*Scarabaeus* anguſtus niger quouis elytro duplici macula brunea ſignato, capite exili.
*Scarabaeus* abdomine craſſiore nigro veluti quadrato, capite oblongo nigro, thorace anguſto rubro, elytris poroſis rubris & ſtriatis, articulis pedum ſuperioribus rubeis, inferioribus nigris.
*Caſſida* verticillatarum. L.
*Caſſida* pertinaciſſima. L.
*Coccinella* vulgaris.

*Coc-*

---

que ideae in plurium rerum Naturalium productione ſaepe quidem conſtanter inhaeret, ſed eamdem tamen diuerſa modificatione in diuerſorum generum inſectis exprimit, dum nobis inter Scarabaeos, Scarabaeos fuci & veſpae muſcaeue formam referentes; inter papiliones itidem papiliones forma muſcae; inter Muſcas vero, Muſcas apiformes, muciformes, veſpaeformes & papilionaceas exhibet, quae beſtiolae quod ad faciem externam attinet, ſibi ſaepe ſunt primo intuitu ſimillimae, propius examinatae vero genuinam Scarabaei, Papilionis, vel Muſcae indolem exhibent. Nonne ex his quoque conſequentia omni exceptione maiore fluit, exiſtere inter res Naturae perpetuam quamdam relationem, & eſſe ens quoddam ſupremum, quod omnia haec Diuino ſuo intellectu comprehenderit, antequam illa ſecundum regulas Naturalis conuenientiae ad exiſtentiam perduxerit?

*Coccinella* pallide rubens. h)
*Coccinella* elytris ex luteo & nigro variis.
*Coccinella* nigro brunea, elytris maculis rubris ſignatis.
*Coccinella* ex nigro ſplendide virens.
*Coccinella* maior ſature virens, elytris rubris.
*Coccinella* vulgaris ex albo lutea, thorace & elytris eleganter colore nigro variegatis.
*Coccinella* oblonga, auro virens, ſplendida, cantharides colore aemulans.
*Coccinella* cyanea.
*Coccinella* exigua brunea.
*Coccinella* ex nigro & bruneo variegata.
*Chryſomela* elegantiſſima thorace & elytris rubra, reliquo corpore nigra, ſonora, ex verme rubro folia lilii albi depaſcente producta.
*Eadem* minor & pallidior, elytris punctatis.
*Chryſomela* aſparagi nigra, thorace & elytris rubris, quatuor maculis albis & cruce mediana nigra pereleganter ſignatis.
*Chryſomela* alni melanocyanea.
*Chryſomela* glabra nigra, alis caſtanei coloris, glabris.

Cur-

h) viſu valde iucundum eſt aeſtate in hortis obſeruare, quomodo vermes illi verſicolores hexapodes, in arboribus vel dumetis antea alacriter diſcurrentes & folia depaſcentes, ſubito eis fixi inhaereant, corrugentur & globoſi fiant, & ex eis denique, exuuiis relictis, nitida aliqua Coccinella prodeat.

*Curculio* vulgaris granariorum.

*Curculio* dumetorum maximus porosus coeruleo viridis vel amoene cyaneus.

*Curculio* brassicanus paruus niger, puluere gryseo vndique adspersus, striatus.

*Curculio* agrestis curculionis granariorum simillimus.

*Curculio* paruus niger, abdomine globoso, rostro acutissimo.

*Cerambyx* seu *Capricornus* magnus niger durus granulatus sonorus.

*Cerambyx* vespae colore hirsutus.

*Cerambyx* maior ex nigro & aurantio variegatus, hirsutie breuissima, thorace vtrinque aculeato, oculis tuberosis.

*Capricornus* atramentaceus, elytris *mollibus*.

*Idem* quouis elytro cuspidato.

*Capricornus* ex cinereo & nigro varius.

*Carabus* s. *Scarabaeus* foetidus niger vulgaris.

*Idem* ex nigro & aurantio colore elegantissime variegatus, moschum redolens.

*Mordella* oleracea seu pulex plantarum vulgaris.

*Mordella* elytris luteis striis signatis.

*Mordella* thorace fuluo caetera splendide virens.

*Mordella* dilute brunea.

*Cicindela* corpore violaceo, elytris amoene viridibus, punctis aureis splendidissime ornatis.

*Cicin-*

*Cicindela* obſolete virens, forficulis luteis.
*Cicindela* elytris mollibus, ex colore miniato aureo luteo & atro viridi elegantiſſime variegata, antennis granulatis.
*Bupreſtis* domeſtica cucullata, capite abſcondito, ſubcinerea.
*Dytiſcus* vulgaris ſeu Hydrocantharus.
*Gyrinus* aquaticus.
*Elater* vulgaris.
*Elater* ex nigro & cinereo variegatus maior.
*Elater* niger, elytris bruneis ſtriatis.
*Elater* niger, thorace miniato.
*Cantharis* officinarum.
*Lampyris* noctiluca.
Blatta foetida. i)
*Meloe* ſeu Scarabaeus vnctuoſus. k)

*Auri-*

i) Natura mire ludit in huius Scarabaei formatione, modo enim occurrit elytris coadunatis, alis nullis, modo elytris liberis & alis perfectis, adeoque Character Linnaeanus de hoc Scarabaeo traditus non eſt vniuerſalis. Vterque humorem mellifluum, vt Meloe, eructat.

k) Nota eſt praeſtantiſſima & certa huius, ſi tempeſtiue & ante hydrophobiam ingruentem exhibeatur, Scarabaei in morſu canis rabidi cum lacte propinati virtus, cuius efficacia in ſale quodam acri & cauſtico non minus ac cantharides mictum cruentum, ſi in doſi excedatur, excitante conſiſtit. Hinc illud *Boerhaauianum* hic quoque obtinet, quod venena per alia aeque venena ſed contrariae virtutis ſaepe curentur.

*Auricularia* vulgaris.
*Auricularia* minor & nigra.
*Staphylinus* ſtercorarius ſplendens coeruleo niger.
*Staphylinus* non ſplendens minor, oculis protuberantibus.
*Staphylinus* ex nigro & rubro eleganter varius.
*Idem* ex albo & nigro varius.
*Staphylinus* minutiſſimus niger, cauda in aculeum ſimplicem terminata.
*Staphylinus* minutiſſimus niger, abdomine nullo aculeo vel veſicula praedito, antennis clauatis.
*Staphylinus* maximus ex nigro & obſolete cinereo varius.
*Curculio-pulex* intra folia ſalicis naſcens, niger, elytris ſtriatis, pedibus bruneis. l)
*Gryllo-talpa.*
*Gryllus domeſticus.*
*Gryllus* ſilueſtris niger ſubrotundus.
*Gryllus* agreſtis maior viridis columbam recens exouo excluſam ſaepe aequans.
*Locuſta* vulgaris.
*Locuſta* ſaxatilis maior elytris maculatis.
*Locuſta* aquatica minima.



l) Hic Scarabaeolus eſt quidem ſubcutaneus foliorum ſalicis, & roſtro inſtar aliorum curculionum praeditus, quia vero ad modum Mordellae vel pulicis ſalit, & ſimul cruſculis pedum poſteriorum craſſiuſculis donatur, peculiare genus conſtituit.

## Ordo 2. HEMIPTERORVM ore ſub thorace inflexo.

*Cicada* aquatica & vulgaris.
*Cicada* graminea ſemielytris maculatis humore ſaliuali inſtar ſpumae per anum emiſſo ſe circumdans. m)
*Cicada* liuido virens paluſtris.
*Cicada* ex viridi luteo & cinereo variegata minor.
*Cicada* exigua tota candida roſarum.
*Cimex* lectularius.
*Cimex hortenſis* e rotundo triangularis, longus, antennis fractis.
*Cimex magnus* ſcutiformis ex purpureo albus vel ferrugineus.
*Idem* atramentaceus.
*Idem* ex albo & nigro varius poroſus.
*Idem* murini coloris paulo minor.
*Idem* ex albo & luteo variegatus.
*Idem niger* margine albus lectulario ſimilis.
*Cimex* bruneo niger ſemielytris ex nigro bruneo & albo variis, antennis granulatis fractis.
*Cimex* minor atramentaceus.



m) Haec eſt ſpuma illa, quam Hieracio potiſſimum herbae adhaerentem olim pro ſaliua Cuculi habuerunt.

*Cimex* niger ſplendens ſemielytris ex bruneo & nigro variis.

*Cimex* ex luteo viridi bruneo& cinereo varius in dorſo laminatus.

*Cimex* coccinellae forma ex luteo & nigro varius ſemielytris perexiguis vel nullis.

*Cimex* vireſcens ſemielytris corpore longioribus.

*Cimex* ex colore cinnabarino & nigro elegantiſſime variegatus antennis fractis typhaeformibus.

*Cimex* breuior niger punctatus ſaltans.

*Cimex* lectulario ſimilis niger ſplendens pedibus & antennis bruneis antennis fractis clauatis rudimentis ſemielytrorum bruneo cinereis.

*Cimex* maior viridis pedibus corpore longioribus antennis perlongis fractis, corpore punctato.

*Cimex* magnus cinereo argenteus ſtriatus, acuminato capite, antennis fractis.

*Cimex* peranguſtus argenteus antennis longis fractis ſummitate tenuibus, oculis viridibus.

*Idem* forma veſpae.

*Idem* bruneus corpore hiſpido.

*Cimex* forma muſcae omnium maximus atramentaceus, oculis protuberantibus, antenniſis fractis.

*Tipula* aquatica.

*Noto-*

*Notonecta* vulgaris.
*Eadem* prona minor.
*Hepa* ſeu *Scorpius paluſtris* L.
*Cimex aquatilis* L. ſeu Scorpio paluſtris corpore longiſſimo & anguſtiſſimo forma cimicis.
*Aphis* Sambuci L.
*Aphis* braſſicae L. n)
*Aphis* antennis paulo breuioribus abdomine haud cornuto.

C 2 Ordo

n) Hoc inſectum cum braſſica incaute commeſtum iure pro cauſſa Dyſenteriae aliorumque morborum malignorum habet illuſtris HOFFMANNVS Medicin. Syſtem. Tom. II. Cap. IX. §. XXV. Mireris tamen in rebus Phyſicis hunc alias ſolidiſſimum virum ibidem generationem aequiuocam dudum e ſcholis Phyſicorum eliminatam & exploſam iterum in doctrinam Naturae introducere velle, dum vermiculos hos ab effluuiis ſulphureis organicis ſeu animatis, vt vocat, produci credit, quum tamen tam certum ſit quam quod certiſſimum, quod minimum inſectum inde ab ortu huius Syſtematis mundani ad hunc vsque diem per traducem & ſucceſſaneam Parentum generationem eodem modo propagatum fuerit, quo maxime molis belluae, prout illud praeter alios ingenioſus VALLISNERIVS argumentis omni exceptione maioribus praeſertim confirmauit.

Ordo 3. NEVROPTERORVM alis IV. venis reticulatis.

*Panorpa* seu *Scorpiurus* L.
*Raphidia* vespae formis longa, nigra abdominis medio rubro.
*Eadem* brunea.
*Chrysops* L.
*Musca* foetida L.
*Formica*-Leo L.
*Musca aestiualis* L.
*Ephemera* vulgaris
*Libellula* magna alis planis L. o)
*Libellula* magna alis erectis
*Libellula* media alis erectis subrotundis elegantissima.
*Libellula* parua alis erectis L.

Ordo 4. LEPIDOPTERORVM alis IV. squamulis imbricatis tectis ore saepius spirali.

*Papi-*

---

o) In huius insecti oeconomia vtique admirationem meretur, quod illius Larua ante euolutionem peractam animal amphibium & gressile fit, ita vt speciem ranae iunioris haud male referat, postea vero volatile fiat, quod aquae penitus immersum breui tempore certo certius perit.

*Papilio* antennis clauatis, pedibus 6. corpore niger alis maximam partem candidis seu Brassicanus.

*Papilio* alis inferioribus laceris ex bruneo luteo & nigro elegantissime variegatus.

*Idem* luteus lineis transuersis nigris magnis vndique elegantissime striatus, parte alarum lacera maculis cyaneo-aurantiis pulchre variegatus.

*Papilio* corpore nigro bruneo magnus, alis ex bruneo & cinereo variegatis.

*Papilio* breuior crassulus ex nigro luteo & bruneo variegatus.

*Idem* dimidio minor ex nigro cinereo bruneo luteoque varius, oculis circinatis.

*Papilio* bruneus pedibus anterioribus exilibus. p)



p) Hic papilio primo intuitu non nisi 4. pedes habere videtur, 2. enim anteriores, qui exilissimi sunt, ita attrahit & inter plumas thoracis abscondit, vt non nisi magna cum industria perquisiti deprehendantur. Quumque insuper ex obseruatis illustrissimi REAVMVRII quaelibet Eruca, quae Papilionis Larua est, minimum 6. pedibus genuinis, praeter spurios, instruatur, & quiuis Papilio euolutione sola ex eruca exoriens totidem partibus essentialibus quam illa necessario, ex eiusdem curiosissimi viri obseruatione, praeditus esse

*Papilio* ex bruneo luteo & nigro varius.

*Papilio* magnitudinis vulgaris pedibus 6. nigro bruneo albo croceo & cinereo colore inſtar caudae pauonis elegantiſſime maculatus, oculis valde tuberoſis, maxillis magnis.

*Idem* amoene cyaneus.

*Idem* minor alis inferioribus rotundis luteis, ſuperioribus albis.

*Idem* niger alis bruneis maculis ſignatis.

*Papilio* magnitudinis vulgaris e viridi luteus.

*Idem* elegantior e croceo bruneo nigro & viridi varius.

*Idem* alis ex croceo & bruneo tantum variegatis.

*Papilio* ex nigro cinereo albo bruneo ſanguineo elegantiſſime variegatus, pedibus 2. anterioribus minoribus eleganter penniformibus, oculis tuberoſiſſimis maxillis acutis erectis.

*Papilio* magnitudine & ſtructura vulgari niger, alis & albo cinereo & obſoleto viridi variegatis.

*Idem* nigro-bruneus alis candidis maculis ſignatis. *Papi-*

---

eſſe ſoleat, dubito, an papiliones 4. tantum pedibus inſtructi re vera exiſtant, licet apud celeberrimum LINNAEVM aliquot eorum indicatos legam. Minimum mihi tales nondum occurrerunt, vtut ingentem papilionum numerum hucusque oculo & nudo & microſcopio armato examinauerim.

*Papilio* vulgaris fere magnitudinis alis ex ſanguineo & murino colore nunc in forma ſtriarum, nunc macularum ſpecie eleganttiſſime variegatis, antennis modo clauatis modo filiformibus, oculis tuberoſis Sclareae pratenſis alumnus.

*Papilio* planus & depreſſus ſerotinus ſtridulus, ore intra hirſutiem recondito, antennis clauatis & eleganter crenatis, capite murino, corpore duro ex colore bruneo murino & albo vario, cauda lacera, alis minoribus ſubrotundis.

*Papilio* maximus bruneo cinereus, alis albidis quaſi ſanguinolentis antennis aequaliter granulatis compactis.

*Papilio* magnitudine vulgari antennis leuiter & aequaliter articulatis, niger, alis bruneis, abdomine in 2. fibrillas terminato, ore nec maxillis nec ſpira inſtructo.

*Idem* atramentaceus.

*Idem* bruneus, alis maculatis, antennis longiſſimis, abdomine fibrillis carente.

*Phalaena antennis pectinatis* nigris perelegantibus, lingua nulla, corpore ſubbruneo alis albidis, lineis nigris ductu ſerpentino pulchre variegatis. *)



*) Haec Phalaena, ſi alas ſtriatas excipias, cum Phalaena Bombycem progenerante ſatis exacte conuenit & a SCHROEDERO in Pharmacopoeia Medico-Chymica p. m. 883. ſub Bombycis ſylueſtris nomine indicatur, qui &

*Eadem* cinerea alis punctatis. q)
*Phalaena Tithymalina*. L.
*Phalaena* elegantissima vndique plumosa, maximam partem niuea, abdomine multa aurea hirsutie setosa. r)

*Pha-*

& notatu dignam Obseruationem a Celsissimo & Sapientissimo quodam Scientiarum Patrono & Statore, cuius cineres & vrnam adhuc Patria mea Butisbacum grata & venerabunda seruat, circa metamorphosin eius factam describit; vbi sane curiosum, quod papilionum & Phalaenarum ex erucis vulgaribus euolutio, cuius inuentionem alias praestantissimae *Merianae* & perspicacissimi *Schwamcrdamii* obseruatis tribuunt, illis iam tum temporibus haud plane incognita fuerit.

q) De Phalaenis in vniuersum caue, ne Scriptoribus nonnullis Historiae naturalis credas, eas papiliones tantum nocturnos esse, plurimae enim earum inter diu quoque volant.

r) Haec elegans de reliquo Phalaena erucarum gregariarum arborearum genetrix fere praecipua est, quae arboribus frugiferis Germaniae maximam saepe pestem inferre solet, dum noctu volans eis ouula sua, nemine obseruante, adnectit, quae in erucas excrescentia integras saepe prouincias deuastant ac spem incolarum paucorum dierum spatio perdunt, folia cum floribus arborum citissime absumendo. Prout Phalaenarum ordo per se frugibus & herbis perniciosior quam Papilionum existit, licet plures earum ore & reliquis organis masticatoriis careant, adeoque inedia breui moriantur, quum e contraria parte laruae earum seu erucae eo voraciores sint.

*Phalaena* ex fusco alba abdomine in 2. filamenta incurua terminato.

*Phalaena* puluerulenta minor lutescens cauda pilosa, maxillis longis acutis, ore spirali.

*Phalaena* crassula cinereo brunea, alis maculatis, *antennis tenuibus* longis *granulatis* & *subulatis*.

*Phalaena* subcinerea alis corpore duplo longioribus.

*Phalaena* alis *planis* ex cinereo & albo varia.

*Eadem* ex luteo & bruneo variegata.

*Eadem* alis viridibus.

*Eadem* ex albo lutea alis maculatis.

*Eadem* argentea margine alarum nigro.

*Eadem* brunea.

*Eadem* ex colore aurantio & bruneo varia.

*Eadem* argenteo-cinerea variegata.

*Eadem* alis posterius laceris.

*Eadem* puluerulenta albida ex pauco cinereo colore hinc inde varia.

*Eadem* ex nigro & argenteo varia.

*Eadem* parua glabra albicans alis angulatis.

*Eadem* corpore nigricante circulis argenteis distincto alis variegatis non angulatis.

*Eadem* argentea longissima & angustissima.

*Eadem* alis corpori appressis albida punctata.

*Eadem* alis nigricantibus lineis cyaneis variegata.

*Eadem* alis planis argenteis laceris, anterioribus breuibus, maxillis praelongis.
*Eadem vespae forma.*
*Eadem* antennis praelongis cauda foliosa.
*Eadem* paulo maior obsolete candida maxillis modo longis modo ordinariis.
*Eadem* maxillarum barbis nigris, alis ex bruneo rubro & cinereo variis.
*Eadem* ex albo cinerea fusco & luteo varia, corpore simplici.
*Eadem* exigua domestica abdomine spinato.
*Eadem* exigua nigricans aurata, maxillis acutis reflexis.
*Eadem muscae formis* pusilla nigra, pedibus variegatis, alis planis posterius laceris.
*Eadem* exigua lanificiorum. *Reaumurii.*
*Eadem* apiariorum. *Reaumurii.*
*Eadem* dumetorum e nigro liuido argentea, antennis tota bestiola longioribus.
*Eadem* atramentacea antennis breuibus.
*Eadem* obsolete brunea alis posterius albis stercus auicularum referens.
*Eadem* alis planis argenteo varia.
*Eadem* exigua murini coloris.
*Phalaena* albouirescens corpore crassiusculo antennis tenuibus granulatis. s)

Ordo

s) Larua huius Phalaenae integrorum saepe Quercetorum folia & fructus tenellos depascit.

## Ordo 5. HYMENOPTERORVM alis IV. membranaceis.

*Cynips* abdomine & thorace luteo, capite nigro.

*Cynips* nigra ore abdomine & pedibus vespae forma alis maculatis.

*Cynips* nigra ex bruneo varia.

*Cynips* nigra thorace in dorſo & lateribus rubro luteo.

*Cynips* capite & thorace nigra reliqua lutea, pedibus variis.

*Cynips* atramentacea.

*Cynips* exigua formicae forma ſplendens, abdomine acuminato antennis clauatis.

*Galla* quercina L.

*Roſa Salicina* L.

*Hieracium* Myophorum. L.

*Ichneumon* niger corpore longo anguſto.

*Ichneumon* maior abdomine rubro luteo antennarum medio candido.

*Ichneumon* dimidio antennarum & pedum albo.

*Ichneumon* abdomine & articulis mediis pedum bruneis.

*Ichneumon* minor ex nigro & rubro circinato varius, pedibus poſterioribus inferius globoſis & craſſis deinde vero pertenuibus quinque articularibus.

*Ichneu-*

*Ichnevmon* paruus Aphidum.*)
*Ichnevmon* gallae cynosbati pedibus inferius albis.
*Ichnevmon* gallae cynosbati ex viridi elegantiſſime fuluus ſeu *Muſca* auro relucens & verſicolor MENZELII in Obſervat. Curioſ. Natur. Anni II. Decad. II. Obſ. 10. deſcripta.
*Veſpa-Ichnevmon* luteus abdomine inferius nigro.
*Idem* verſicolor niger innumeris modis colore varians.
*Crabro* L.
*Veſpa* vulgaris.
*Veſpa crabroniformis.*
*Veſpa* minor hortenſis maximam partem nigra, abdomine anguſto & nodoſo.
*Veſpa* campeſtris & ſubterranea ex atramentaceo & rubro colore varia.
*Veſpa* brunea corpore longiſſimo.
*Veſpa* exigua ex nigro bruneoque colore variegata apiformis antennis clauatis.

*Veſpa*

*) Ichnevmonum vtiliſſimi inſectorum Chryſalides erucarum & Aphides curioſa ſane, vt REAVMVRIVS primus adnotauit, ſeminii ſui in corpora illorum immiſſione perimentium generis ſemper inſignem illis annis penuriam deprehendi, quibus e contrario papilionum & Aphidum gens maxime numeroſa vigebat & totas prouincias deuaſtabat.

*Vespa* exigua pedibus ſuperius craſſiusculis, antennis breuibus alis maculatis.
*Apis* gregaria. t)
*Apis* ſolitaria dumetorum verſicolor.
*Apis* ex coeruleo & viridi elegantiſſime fulua, ſeu *Apis* aurata L.
*Eadem* tota coerulea virens.
*Bombylius* niger.
*Bombylius* luteſcens.
*Bombylius* ex fuſco & luteo incanus.
*Bombylius* minor ſtriatus.
*Formica* hippomyrmex. L.
*Formica* vulgaris & minor brunea. *)

*For-*

t) Si quis de veritate theſeos a RORARIO dudum indicatae, quod in actionibus plurium animalium aliquid rationi humanae analogum obſeruetur, plene conuinci cupit, SCHWAMERDAMIVM & REAVMVRIVM de apibus vt legat, tantum opus habet.

* Circa ſexum formicarum ſententiae Auctorum valde diuerſae occurrunt, B. FRISCHIO omnes alatae mares dicuntur, illuſtr. REAVMVRIO vero alatae etiam diuerſi ſexus eſſe ſtatuuntur, cui cel. LINNAEVS in vltima Syſtematis Naturae ſui editione denique adſtipulatur. Me quod ſpectat, obſeruatio Reaumuriana, quae etiam in aliis inſectorum ſpeciebus hucusque a me nunquam falſa deprehenſa fuit, mihi eo magis cum Natura rei conuenire videtur, quo frequentius mihi inter examina eiusmodi formicarum alatarum initio aeſtatis aerem peruagantium tota paria earum ſibi cohaerentia deprehenſa fuerunt.

*Formica* citrina.
*Formica* paullo maior nigra.
*Formica* rotundior & breuior nigro-brunea.

Ordo 6. DIPTERORVM ſtilo capitato ſub ſingulis alis, alis duabus.

*Oeſtrum* bouinum L.
*Aſilus* tibiarius L.
*Hippoboſcus* vireſcens alis papilionaceis.
*Tabanus* vulgaris L.
*Muſca* domeſtica L.
*Vermiculus* caſei L.
*Muſca* ſtercoraria.
*Muſca* aurata carnaria ſetoſa.
*Muſca* arborum anguſtior nigra, ſtilis capitatis lucidis albis.
*Muſca* dumetorum, mare nigro, abdomine bifariam obtuſe acuminato, femella ex nigro & rubro variegata.
*Muſca apiformis* nigra metallici coloris varia.
*Muſca apiformis* hirſuta abdomine trifariam obtuſe diuiſo.
*Muſca* parua argentea alis corpore maioribus obliquis variegatis ſeu *papilionaceis.*
*Muſca* parua alis excinereo & nigro eleganter papilionaceis.

*Muſca*

*Musca* angusta longa, domestica maior, pedibus ex peculiaribus cruſculis orientibus, alis fibroſis, ex nigro & bruneo varia, oculis viridibus, abdomine ſubulato, ore aculeo inſtar Tabani praedito.

*Musca* brunea alis non fibroſis pedibus ore & abdomine muſcae domeſticae ſimilis.

*Musca* nigra maior veſpae figura, ſtilis citrinis.

*Musca* cadauerum variegata, ſetoſa, pedibus *ſoleis* inſtructis, ſtilis abſconditis.

*Musca* cadauerum variegata ſetoſa pedibus *ſoleis* inſtructis Tabani magnitudine.

*Musca* glabra oculis bruneis, abdomine ſubrotundo nigro vel variegato.

*Eadem* longior hortenſis ex viridi metallici coloris abdomine coeruleſcente, oculis tuberoſis linea viridi diſtinctis.

*Musca* domeſtica paulo minor nigra, oculis rubro bruneis, alis maculatis.

*Musca* parua gregaria fimetorum.

*Musca* paluſtris domeſtica anguſtior e colore metallico virens alis poſterius macula nigra & albida ſignatis.

*Eadem* alis non maculatis, oculis maxime protuberantibus, *antennis breuibus papillaribus* & ſimul filamentoſis.

*Musca apiformis* thorace ſtriato oculis punctatis.

*Musca forma fuci* hirſuta nigra caneſcens intra cutem boum progenita.

*Eadem forma fuci* bruneo nigra ſericea roſtrata.

*Muſca* forma apis minor, abdomine vt in veſpis variegato.

*Muſca* exigua atramentacea, capite paruo, corpore & antennis longioribus, abdomine ſaepe rubente.

*Muſca* magnitudine vulgari ex luteo & bruneo variegata, roſtro ſubulato ſurſum verſo, maxillis aeque longis intermedio.

*Muſca* ſolitaria nigra medio depreſſa, alis nigricantibus, *antennis* ad ſenſum *nullis* capite ſetoſo.

*Muſca* aquatica domeſticae ſimilis.

*Muſca maxima crabronis* forma, hiſpida, ex nigro fuſco lutea, *alis papilionaceis*.

*Muſca* magna abdomine longiore ex nigro & griſeo circinato varia, puluerulenta hiſpida, *oeſtro bouino* ſimilis.

*Muſca* nigra hirſutie brunea.

*Muſca* craſſa ſetoſa, ex nigro alba luteſcens pedibus variegatis, oculis tuberoſis, roſtro bruneo, *abdomine papillari*.

*Muſca* ſerotina anguſta thorace longiore *antennis* ſummitate *clauatis*, totidem filamenta emittentibus.

*Muſca* ſerotina ſetoſa bruneo cinerea abdomine circinato poſterius in maribus papillari, *antennis* fere *nullis*, alis punctatis.

*Muſca* piſorum incola. v)

*Muſca*

v) Haec muſca vim deleteriam poſſidet ita vt illi, qui talibus piſis veſcuntur, ſubito ſaepe aegro-

*Musca* parua rubens cellarum.

*Musca* domestica paulo minor nigra *pedibus posterioribus* vt in gryllis *saltatoriis* & magnis.

*Musca* gregaria cimiciformis abdomine aurantio, thorace rubro, reliquis partibus nigris.

*Musca* minor capite paruo globoso, rostro oris cimiciformi, abdomine in spinam abeunte, nigra.

*Musca* crassa breuis oculis rubris, alis vt in oestro bouino variegatis, abdomine crasso, *antennis capillaribus* exilibus.



---

grotantes morti occumbant, prout mihi eiusmodi exempla nota sunt. In vniuersum nullus insectorum ordo est, qui minus ad materiam Medicam conferat, quam familia muscarum, quae potius in hominibus aeque ac in brutis diuersorum morborum caussa est, prout v. gr. praestantissimus REAVMVRIVS ab examinibus paruarum muscarum vix nisi microscopio conspicuarum aërem saepe peruagantium & cum cibo & potu ab hominibus deglutitarum interdum constitutiones epidemicas morbosas produci obseruauit. Interea autopsia docet, in nullius fere insectorum generis structura maiorem Naturae lusum ac mirabiliorem varietatem, quam in muscis occurrere.

*Musca* longa angusta atramentacea hirsuta, oculis bruneis, stilis nigris, alis nigricantibus.

*Musca* magna nigra Tabanum vndique aemulans, aculeo nullo, lingua prominente, maxillis albidis superius tuberculosis.

*Musca* nigra apiformis pedibus & ore luteis, corpore instar vespae ex nigro & luteo variegato, alis ad marginem bruneis.

*Musca* domesticae similis atramentacea setosa, alis punctatis, oculis rubris, stilis citrinis.

*Musca* plana, magna, fere fuci formam referens capite & thoracae ex bruneo & luteo variegatis, abdomine cinereo crassissimo papillari, pedibus vt in scarabaeis formatis, vaccarum. x)

*Musca* parua gregaria stercoraria equina.

*Musca* variegata abdomine gracili, *pedibus posterioribus vt in locustis* formatis, ore cauernoso albo, antennis muscae domesticae.

Mu-

x) Oua huius insecti, quorum vix vnum & alterum excludit, quum reliquarum muscarum oua sint innumera, caryophyllos aromaticos ex obseruatione *Reaumuriana* ab experientia confirmata exacte referunt.

*Musca* antennis fibrosis paulo longioribus, pedibus structurae ordinariae, lingua rostrata.

*Musca* atramentacea abdomine ex citrino & nigro vario, *culiciformis* cynosbati.

*Musca* aceti parua nigra, *antennis granulatis*, abdomine fibroso.

*Musca* paulo maior aquatica argentea, cruſculis pedum anteriorum crassissimis.

*Musca* campestris domesticae similis.

*Musca* subrotunda parua ex nigro & citrino variegata, oculis aureis, gregaria.

*Culex* vulgaris. L. *)

*Culex* antennis plumosis.

*Tipula* maxima alis papilionaceis.

*Tipula* paulo minor cinerea ex luteo & nigro eleganter variegata.

*Tipula* bruneo nigra, alis ad medium punctis signatis.

*Tipula* parua serotina gregaria culiciformis. L.

## Ordo 7. APTERORVM alis nullis.

*Pediculus* humanus.



*) De Culice eruditam tractationem edidit Joh. Matthias BARTHIVS.

*Idem* inguinalis.
*Idem* ſuillus.
*Idem* anſerinus.
*Idem* gallinae.
*Idem* librorum celerrime currens.
*Pulex* vulgaris.
*Pulex* aquaticus *Schwamerdamii.*
*Podura* aquatica L.
*Monoculus apus* L.
*Concha pedata* L.
*Araneus* longipes.
*Scorpio* araneus.
*Ricinus* L.
*Araneus* coccineus.
*Pediculus* Scarabaei L.
*Aranea* maxima L.
*Aranea vulgaris* L.
*Aranea* ſaccifera L.
*Aranea* aquatica L.
*Cancer.*
*Millepes.*
*Aſellus aquaticus.*
*Scolopendra* terreſtris.
*Scolopendra* maior brunea.
*Julus* pedibus vtrinque 80. ad 90.

*Inſi-*

*Insectum* subterraneum vernacula Vhlwurm dictum y)

## CLASSIS IV.

DE

# VERMIBVS.

Ordo I. REPTILIVM corpore nudo artubus destituto.

*Gordius* seu Seta aquatica L.
*Ascarides* limosae rubrae L.
*Eaedem* animales L.
*Lumbricus* terrestris L.
*Lumbricus* teres L.
*Lumbricus* latus Tulpii & L.



y) a cel. LINNAEO haud descriptus per Germaniam vero vulgatissimus hic vermis peculiare genus constituit, ob 2. oris forficulas insignes, quibus radicibus tenellis plantarum oleraceatum praesertim insigne detrimentum infert, & pedes 4. nodosos, quibus tamen haud recta progredi valet, sed ad latus inclinatus tantum prorepit, nec vllam vmquam Metamorphosin subit, & talpa coecior est.

*Vermis Cucurbitinus* L.
*Hirudo.* *)

Ordo 2. ZOOPHYTORVM corpore nudo artubus instructo.

*Limax* vulgaris ruber hortensis
*Limax* agrestis minor cinereus.
*Limax* paruus arboreus brnneus niger.

Ordo 3. TESTACEORVM tegmine corporis testa lapidea.

*Cochlea* hortensis magnitudinis & coloris diversae.
*Cochlea* turbinata aquatica.
*Tubus* vermicularis L.
*Concha* vulgaris fluuiatilis.

*Concha*

*) Hirudo iunior cum potu Aquae incaute hausta ex nostra quoque obseruatione vomitum cruentum & cardialgiam nonnunquam lethalem excitauit, praecipue si Medicus caussam huius mali ignorans conuenientem Medelam, quae in aquae salsae copiosa propinatione potissimum quaerenda est, adhibere nequeat.

*Concha* minima lacustris variegata gregaria. z)

---

z) Insecta aquatica sunt ea, quae in motu membrorum suorum & totius corporis pulcherrimum sane mechanismum nobis spectaculo offerunt. Comprobant illud praeter hanc conchulam nitidissimam vix semen cannabis mole aequantem Tubus vermicularis L. concha pedata L. Monoculus apus L. Tipula aquatica L. Cicada aquatica L. Notonecta L. Gyrinus aquaticus L. & Hydrocantharus, quorum actiones nemo propius sine admiratione intueri potest. Interea eadem sanitati humanae plurimum damni quoque inferunt, aquam oculis & foetura sua inquinantia & funesta saepe symptomata in bibentium corpore excitantia, cui quidem labi aquae ante potum decoctio omnium optime medetur. Minus hinc a vero aberrant, qui Fungos & Muscos ex regno vegetabili, & insecta ex animali inter se conferunt & plerorumque illorum intuitu hominis usum magis Philosophicum quam Medicum esse statuunt, cum omnibus illis aliquid caustici & venenati inesse comperiatur. Denique ratione conchulae huius supra indicatae adhuc monendum restat, quod celebre illud petrificatum Moguntinum, quod instar lapidis magnae saepe molis ibi eruitur, & cuius nonnulla exemplaria in montibus Wetterauiae quoque hinc inde occurrunt, fere totum ex hac conchula praecipue vero ex cochlea aquatica turbinata pagina praecedente recensita conflatum sit, adeoque non tam pro concreto extraneo & mari-

no,

no, quam pro indigeno haberi queat, & hinc ad inundationem quandam particularem huius Prouinciae tantum comprobandam sufficiat. Dantur vero alia petrefacta marina vera, v. gr. lapis Viennensis ab immortali SCHEVCHZERO in Commentariis Instituti Scientiarum Bononiensis descriptus, quae indubitata vestigia & rudera inundationis cuiusdam vniuersalis mundi aliquando factae nobis ob oculos ponunt.

---

Pag. 13. lin. vltim. lege crispis.
Pag. 26. lin. 30. lege probabilem.

